Ad Cuſtodes.

Fidelis, juxta Paulum, in omnibus eſto,
Quæ commiſſa ſtudiosè adminiſtrato,
Hunc theſaurum librarium cuſtodito,
Doctis illum fruendum concedito,
Quæ Domino ſerviunt palàm producito,
Lychnum ſub modio ta'em non ponito,
Quæ ſunt κοινωνικὰ non denegato,
Cum liber apertus relictus, claudito,
Cum ordo eſt diſturbarus, reſtituito,
Cum pulvis aſperſus, illum aſpergito,
Chorum ante & poſt preces ipſe claudito,
Procaces illos curſores tu propellito,
Ne quid adimatur, falſetur, lynx eſto,
Quod commiſiſti, poſt menſem repetito,
Singulis anni quadrantibus integrum dato,
Ad juſſa Præfectorum omnia ſalva ſunto,
Quæ DEo juſtè conſecrata, ſancta habeto,
Quæ ſunt tui officij ſemper memento.

T.

Summum opus eſſe reor, Domini noſtri eſſe ſupremum,
Quod ſe tam patiens Meſſor pro meſſe recidit,
Et Sator expoſuit proprium pro ſemine corpus,
Pro ſervo dominus miſero ſe vendidit orbi,
Occubuit Medicus, vitam dum contulit ægro,
Et fragili Æternus jacuit pro ſtirpe Creator.
Eia Eia & Eia.
Cum jam Sacra Seges terrarum impleverit Orbem,
Omnis ex hoc uno Semine meſſis erit.

M. Arn. Bierſted.